

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

Senex puellam amans. Emblema CXVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)


Siren de-
sidia.

aus non videre, optimum non tangere: au-
ditu illa mouet, visu accendit, tactu adu-
rit, & corporis animiq; vires depalcitur.
3. Horatius 2. Sermon. hæc ad desidiã,
& turpissimã propè omnium ignauiã
tor sit, cum ait:

----- Vitanda est improba Siren
Desidia.

De Sirenum fabula post Platonem quid
sentiat Plutarchus, repetere ex Sympol. 9.
quæstione 14. Alio torsit & Xenophon 2.
ἀπολύμν. Lege Lucianum Commentario
de saltatione: & proverb. *Coram auribus
obdis.* Vide etiam Natal. Comitè Mytho-
log. lib. 7. cap. 13. Nos Sirencs præteruerti
ad senem amatorem diuertimus.

Senex puellam amans.
EMBLEMA CXVII.



DVM Sophocles (quamuis affecta ætate) puellam
A questu Archippen ad sua vota trahit,
Allicit & pretio, tulit agrè insana iuuentus
Ob zelum, & tali carmine utrumque notat:
Noctua vt in tumultis, super utq; cadauera bubo;
Talis apud Sophoclem nostra puella sedet.

COM.

COMMENTARI II.

I. SENEX decrepitu venustam iuuen-
sculam amplectitur, cuius nuda pap-
pillas lasciuens contrectat: iuxta bubo, fe-
ralis auis, cadaueri insidet.

Quoniam luxuria, vt Cicer. 1. Offic. tra-
dit, omni etati est turpissima, cōstat tamen
senectuti hanc esse scēdissimam. Proinde
Quidius:

II. Sophocles
amator se-
nex.

QVANTVM ex historijs deprehēdi
potest, Sophocles Venereis rebus multum
fuit addictus, & iam grandæuus Theorida
meretricem deperijt. Idem iam senex ad-
modum Archippen, nobile scortum, ada-
mauit, quam etiam heredem reliquit. Cu-
ius prior amatus, Smicrines nomine, à quo
clam rogatus, quid ageret Archippen venu-
stē respondit: ἵσπερ αἰ γλαυκὸς ἐπὶ τὰ
φῶν κἀθῆται. Id est: Tāquam nōstua in
tumulus sedet. Refert Athenæus Dipnoso-
phist. lib. 13. cap. 22. Lilius Gregorius in hi-
storia Poetarum, & Stephanus Niger de
nimio vitæ luxu. Fuit autem Sophocles A-
theniēsis poeta tragicus, de quo Cicero in
Carone Maiore: Obijt ex insperato gau-
dio, vt refert Valer. Maximus, ob victoriā
ex Tragedia quadā. Hunc idem Cicero 1.
Diuinat. diuinum poetam vocat. Idem So-
phocles iam senio confectus à multis in sa-
niē accufabatur, vt Plutarchus scribit in li-
bro, An seni administranda respub. Copio-
sē etiam M. Tullius: Sophocles, inquit, ad
summam senectutem tragedias fecit, sed
cum propter studiam in re familiari negli-
gentior foret, postulatus à filijs est, vt sicuti
more Romano patribus malè rem gerē-
tibus interdici bonis soler, sic illum velut
desipientem à re familiari remouerent iu-
dices. Tum senex dicitur, eam fabulam,
quā in manibus habebat, & proximè scrip-
serat, Oedipodem Coloneū recitasse iu-
dicibus, quæsi seq; num illud carmen de-
sipientis videretur: Ἐλυμπεδὶ τὸ μέγας
φάνητος, προτιμῆθη μετὰ κρότη βῆσις
τῶν παρόντων, vt inquit Plutarchus, id est:
Cum id admirandum apparuisset, plausu
& clamore asstantium reductus est. velut
cygneum nescio quid, & solito dulcius vi-
cina morte cecinisset. Satyrus verò, vt est
apud Aristophanis interpretem, Sophoclis
apologiam huiusmodi fuisse prodit: εἰ μὲν
εἴμι Σοφοκλῆς, εἰ παρὰ φρονῶ, εἰ δὲ παρὰ
φρονῶ Σοφοκλῆς εἰ μὲν εἰμι. Si Sophocles sum,
non desipio: Si desipio, Sophocles non sum. Vi-
de Cælium Rhodig. lib. 21. cap. 20.

Militat in teneris annis Amor hospes a-
mensus:

Est in canicie ridiculosa Venus.

Nam quoniam ex eiusdem poetæ sentētia,
militiæ species amor est, atq; (vt alibi lu-
dit)

Militat omnis amans, & habet sua castra
Cupido.

nō immeritò senibus, vt emeritis, causariā
à Cypridos castris missionem concedit, vel
tāquam segnes & inertes iubet inde disce-
dere: quandoquidem

Turpe Senex miles: turpe senilis amor;

Huc pertinet illud Menandri:

Ἰπὸν ἰπαῖος, ἰσχυρὸν κακῶ τῶν.

Senex amator summum est fortuna malū.
Puellam] meretricem, iuuenulam.

A quæstū] ab arte meretricia, quia me-
retices corpore quæstum faciunt,

Ad sua vota trahit.] ad se allicit, vocat,
vt suæ libidini satisfiat.

Allicit & precio] Allusio est ad meretri-
cis nomen, quod ductum à merendo, ne-
mo nescit. Differt ergo meretrix à prosti-
bulo: est enim meretricis verbum paulò
honestius apud veteres, vt est concubina,

Meretrix
qua dica-
tur.

seu ἱταῖα Græcè. Iurisconsulti meretri-
ces eas intelligunt, quæ quæstus causa, vel
etiam sine quæstu, passim, hoc est, sine de-
lectu se prostituunt. l. palam. 43. de ritu
nuptiar. Vel, vt Canon loquitur, quarum
turpitude publicè venalis est. Cā. meretri-
ces. 32. q. 4. & quæ multorum libidini pa-
tent. Can. vidua. 34. distinc. quod Glossa
istè ridiculè interpretatur, quæ plures quā
23000. hominum; vel quæ 40. abiq; tamē
mercede admiserit. Abbas in c. cum deco-
rem. Ext. de vit. & honest. cleric. etiam quæ
vel duos tantum, nec plures quæstus tamē
causa admittit, meretricem esse existimat.
Cuius tamen sententia Vlpiani auctoritate,
qua ille nititur, disertè refutatur. d. l.
palam. 43. Item ait Vlpianus, quæ cum vno
& altero se pecunia accepta cōmiscuit,
nō videtur palam, corpore quæstum face-
re. Nos non fugit apud Romanos, quibus
& scemina vsuatiæ permittæ, concubina-
rum vsuum fuisse, quod liquet ex tit. Dige-
stor. sc.

Noctua
in tumu-
lo.

Sophocles
quis.

III.

QVAMVIS affectu atate] Id est, decre-
pita: etsi iam senex esset, & grauis senio,

Concubi-
na Roma-
nis admis-
sa.

hor. de concubinis, & multis antiq̄uitatum
monumētis: sed instituto diuinæ legis me-
reticum turpis omnis vsus.

Tulit agrē in sana iuuentus] amore fau-
cia. Idq; aut quod iuuenes à commercio
Archippes auocarentur: aut id referas ad
pæderastiam, qua notatus est Sophocles.
Meminit Athenæus lib. 13. cap. 27. & Hie-
ronym. Rhodius in historicis commenta-
rijs.

Senes ze-
lotypi.

Ob zelum] Zelotypiam, qua laborabat.
Habet enim in more positum zelotypi se-
nes, vt feris obdant fores & pæsulis, cathe-
nisq; cuncta diligenter occludant, cum
tamen impudica seruari non possit, pudica
non debeat. Cogitent miser i illi, louem
per impluuium aureum descēdisse ad Da-
naeu, quam pater incluserat intra turrim
æneam, vallaueratque sepimento in expu-
gnabili.

Tali carmine] libello famoso, vel scem-
mate.

Super utis cadauera] Senes morti pro-
ximi tumulum expectant, itidem mox ca-
dauit futuri. Vnde illud est facerem res-
ponsum cuiusdam, qui rogatus, cur senes
incurui incedant? Quia sepulchrum sibi
quærent, respondit.

Senes cur
incurui.

Bubo.

Bubo] Bubo adulescens fuit apud infe-
ros, vt fabulantur poete, ante dicebatur A-
scalaphus, cuius formam graphicè depin-
git Ouid. 5. Metamorph.

IV.

VVLGO apud nostrates iactatur, vi-
tia quædam esse, quæ Deo & Naturæ re-
pugnant, hominibusq; valde duplicet: ni-
mirum adulescentis ignaua à nopis super-
biam, & senis iam capularis libidinem in-
tempestiuam. Tum. n. vel maxime *dis πῦρ*

Bis pueri
senes.

des ὁ ἄπορτος cum vitijs plusquam iuue-
nilibus intempestiuè delectantur. Quanto
enim quis atate prouectior est, tanto à vo-
luptatū corporis titillationibus remotior

Senes pro-
cul à vo-
luptati-
bus corpo-
ris.

esse debet. Cicero in Catone maiore: At nō
est voluptatum tanta quasi titillatio in se-
nibus, credo, sed ne desideratio quidā. Bene
Sophocles, cum ex eo quidam iam cō-
fecta atate quæretet, vt returne rebus Ve-
neris: *Dij meliora*, inquit: libenter verò i-
stinc tamquam à domino agresti & furio-
so profugi. Cupidis enim rerum talium o-
diosum est & molestum fortasse carere, sa-
tietatis verò & expletis iucundius est carere,
quam frui. Idem retulit Plutarch. Com-
mentatio περὶ φιλοπλατίας, & Valer.

Max. lib. 4. Ad id facit lib. 7. Epigrammat.
Græcorum institutum Philodemi poete
iam senectute lassī, qui fateatur se quōdam
amori dedisse operam, sicuti & alios, iustif-
seque cum per tempus liceret: sed tandem
canicie admonitum, grauioribus curis &
studijs incubuisse. Modò, inquit, reijciatur
amor: canus enim adest pro nigro capillus,
etatis iam mature nuncijs: vbi ludendi tē-
pus esset, iustimus: cum autem non amplius
datur, ad meliores curas properemus licet.
Hactenus ille. Memineram mimi cuiusdā
veteris: Anus cum saltat, morti delicias fa-
cit. Nihil enim ridiculum magis, & maiore
dignum cachinno, quam si senex amasius
nugis & lasciujs sit obnoxius. Et certè,
dum intempestiuos senum quorundam a-
mores, & affectum libidinis huic etati pla-
nè repugnātem aduertimus, facilè est col-
ligere, verissimum esse, quod ait Plautus
Mercatore:

— *labant iuuenes, itidem rapiuntur senes. Senum a-*
illi si amant: quod amant, amatum volunt mor rebe-
atq; cognitum.

illi verò si amare ea atate ceperint, mul-
to insaniunt acrius.
Tibullus Eleg. 2. lib. 1.

Vidi ego qui inuenum miseros lussisset a-
mores,

Post Veneris vinclis subdere colla senem;
Et sibi blanditias tremula componere voce,
Et manibus canas fingere vello comas.

Stare nec ante fores puduit, charaue puella
Ancillam medio detinuisse foro.

Hunc puer, hunc iuuenis turò a circumstet-
tit arctā,

Despuit in molles et sibi quisq; finis.
Locus est elegans apud Plutarch, lib. con-
tra Coloten, vbi docet senibus Venerem
exercendam nō esse: Minimè fefellit Epi-
curum, voluptates corporis, tanquam Ere-
stias vêtos, vbi petuenerint ad suum incre-
mētum, expirare: quod in causa est vt in-
quirat, vtrum sapiens atate decrepita, qui
res Venereas nequeat exercere, contracta
formosarum, & cōtrectatione adhuc gau-
deat: longè aliter sentiens quam Sophocles,
qui libenter istinc, vt à domino agresti &
furioso, se profugisse dicebat. Sed cū ple-
ralq; voluptatum istarum senectute exa-
rescere videant, cumq;

Cythera canos sit perosa milites,
multò potius debebat homines voluptua-
rij animi voluptates conquirere, ac velut
cibaria



cibaria, quæ non putrescunt, & incorrupta durant. Et ibidem: Obsoleto, intempertiuo, turpi remedio fatentur se uti, cum recollectione pristinarum voluptatum se ipsi recreant: & quia non suppetunt recentes quibus uti queant, veteribus illis, id est, mortuis & pollinctis, aliàs iam moribundas aut enectas in carne, ut in frigido cinere, mouent aduersante natura, ventilantq; paulisper fouendo: quippè qui in animo nullam habeant domesticam voluptatem, dignam libero, conditam hilaritate. Hæc ille. Vnde callidè & calidè fatagunt meretrices inueteratæ, & à sua militia emeritæ, ut quibusvis rationibus suum regat dedecus, ne omnium ludibrio parcât, factæ Venereis rebus inutiles. Hinc festiuè quandã taxat festiuus Poeta Italus, hoc modo:

Sin che la Nicolsa

Durò giouano e fresca,

A la fame amorefa

Fu sempre publica esca.

Hor, che per troppa etate

Perduto ha la beltate

Per rassembrar honesta,

S'orna di bigia vesta.

Credesi Ouidio haure

Ciascuna met amorosa trattata?

Ecco una vacca in asina mutata.

Id adiungo, quod ad emblema facit, apud Nonium verbum, *adolescensari*, pro luxuriari, ex Varrone: Tum quidem ut faciat, cœtè, quoniam tu quoq; adhuc adolescensaris. Finitimum illud Horatij:

--- ne potum largius aquo

Rideat, Et pulset lasciuia decentius atas.

Ait M. Tullius in Celsiana, oratorio more, non ad mœtem sapientum, iuuenibus quædam voluptates permittendas. Et Plin. Secundus adolescentes putat non dedecere perturbata quædam & nonnunquam confusa. In senè turpem omnem luxuriam, & lasciuias: quod & Caro maior dixit apud eum, quem citauit proximè Tullium Atarum omnium sua tempestiuitas, suiq; mores: adeò nihil stultius aut contemptius, quàm senem capularem & silicernium de amoribus cogitare. Id exemplo vidimus in duobus qui nostri doctissimis visis, Ioanne

Aurato, Regio Græcæ linguæ professo, & Iacobo Cuiacio, præclaro Romani iuris interprete, qui iam penè octogenarii, iuuculas vxores sortiti, ea moliti sunt quæ iuuenes. Sanè Iuuenalis in descriptione Senectutis ostendit satis, quàm sit aliena Venus à senibus. Optima sanè ratione, cum seniores infirmæ ætatis dicantur, in l. ciuitatibus, l. 2. ff. de legat. 1. & canicie grauelis corpore æquiparentur, in Authet. de Quæstore. coll. 6. Imò minus viuere præsumuntur quàm ægri. Ioan. Neuzan. in Silu. Nuptiali, lib. 2. n. 4. Vnde non immeritò Plautina illa Bacchis Senecioni cuidã delicias factura, odiosum esse dixerit, mortem amplexarier. Plautus, illud linguæ Latine decus (sic enim à Gellio lib. 19. cap. 8. ut & homo linguæ atq; elegantiæ in verbis Latine princeps appellatur, lib. 7. cap. 17.) non minus festiuè quàm acriter ab amoris infania dehoratur senes tales Acherunticos, decrepitos, & capulares, qui tametsi capulo siue feretro, quo efferri debebant mortui, iam vicini sunt, mulierum tamen, & quidem iuencularum confortium etiamnum affectant. Sic enim ille in Mercatore:

Iam plenus atatis, animaq; fetida,

Senex hircosus: tu oserere mulierem?

Vtine adueniens vomitū excutias mulieri?

Inde audiuntur iustæ vxorum querelæ,

qualis habetur apud Apuleium lib. 5. At

ego misera primùm parte meo seniore

maritum sortita sum, dein cucurbita cal-

uiorem, & quouis puero pamiliozem. Pro

inde quæ eiusmodi seni vel impotenti co-

pulata fuerit adolescèntula, & nupta simul,

& vidua optimo iure dici queat. Id enim

idem Plautus innuptas nuptias vocat in

Milite glorioso. Ab eodem quoq; istius-

modi amator senes festiuè pietæ imagini

comparatur in Mercatore:

Si unquam vidisti pietum amatorem, hinc

illuc est.

Nam meo quidem animo vetulus decrepi-

tus senex

Tanridò est, quasi sit signu pietu in pariete.

Satis nunc senes amatores depinximus, a-

gedum colores misceamus.

*Cur senes
à Venere
alieni.*

*Vxor s-
mul nu-
pta & vi-
dua.*

